Pedro Ximenez de Prexamo, geboren in Logroño, Mitglied vom Colleg S. Bartolomé, Kanonikus in Segovia, Kanonikus und Dekan (1484) in Toledo und später Bischof von Bajadoz (1486/89) und von Coria (1489/95), schrieb, aufgefordert von Erzbischof Carillo, ein *Confutatorium errorum contra claves ecclesiae nuper editorum*. Die Schrift wurde schon 1478, also vor und zur Vorbereitung der Verurteilung verfaßt, und 1486 in Toledo gedruckt. Sie findet sich in Valladolid, Santa Cruz, Incun. n. 140 und in Salamanca, Biblioteca Universitaria, Incun. n. 327, ferner in Cordoba, Biblioteca Episcopal und in der Kapitelsbibliothek Toledo n. 528, ebendort in cod. 65.22 auch handschriftlich. In den ersten Kapiteln gibt Pedro Ximenez einen Überblick über Osma's Schrift *De confessione*. Sowohl nach der Zahl der angeführten Sätze wie nach der Treue ihrer Wiedergabe dürfte die Schrift des Pedro Ximenez die beste Quelle für unsere Kenntnis des Beichttraktates des Meisters von Osma sein.

I *Quod confessio sacramentalis, qua ecclesia catholica utitur ad liberandum peccatores a peccatis, non fuit instituta a Christo sed ab ecclesia. [Cf. LIX].*

II *Et per consequens quod non conferat gratiam nec peccata remittat in quantum est sacramentum novae legis, sed solum in quantum est sacramentum naturae. Et quod fuit institutum, ne delicta occulta remanerent impunita; quod multum interest rei publicae. [Cf. LIX, LXI].*

- III Quod papa non potest dispensare in statutis ecclesiae universalis nec in continentia clericorum occidentalium. [Cf. LIX].
- IV Quod Graeci reconciliantur in mortalibus per confessionem generalem et per ceremonias ecclesiae, non per confessionem sacramentalem, et quod non confitentur. [Cf. LX].
- V Quod confessio tota vel pro maiori parte fundatur in ritibus et ceremoniis ecclesiae quae nunc sunt vel aliquando fuerunt.
- VI Quod sunt sexdecim conditiones confessionis necessariae. Et si aliqua illarum defuerit in paenitente, non absolvitur a sacerdote. Et quod secundum veritatem qui confitentur servatis praemissis conditionibus absolvendi sunt et non alii. [Cf. LXII].
- VII Quarta conditio, quod sit pura, i. e. quod recta sit intentio confitentis, ut scil. ecclesiae et eius sacramentis reconcilietur.
- VIII Quod qui semel in anno confitetur sacerdoti peccata sua in specie, dicitur implere conditionem illam: frequenter, et illam: accelerate. [Cf. LXV].
- IX Quod fere in omnibus conditionibus praedictis confessionis committitur prudentiae sacerdotis, utrum eis uti debeat. [Cf. LXVI].
- X Et quod conditiones confessionis fuerunt institutae ad hoc quod paenitens reconcilietur a sacerdote ecclesiae et eius sacramentis pro statu huius saeculi. Et ad hoc quod paenitenti remittatur a sacerdote reatus excommunicationis huius saeculi non futuri. [Cf. LXIII, LXIV].
- XI Quod sacerdos potest hodie arbitrari in omnibus conditionibus confessionis exceptis quibusdam quae sunt de iure naturae. [Cf. LXVI].
- XII Quod sacerdos est arbiter immediatus inter peccatorem et ecclesiam. [Cf. LXXXII].
- XIII Quod confiteri homini peccata in specie est de ratione praecepti non sacramenti.
- XIV Quod diversitas reconciliationis est ex ecclesiae constitutione, non ex praecepto Christi.
- XV Quod in peccatis publicis seu notoriis non potest quis absolvi a peccato in foro secreto paenitentiae nisi in extrema necessitate.

- XVI *Quod in sacramento paenitentiae forus secretus non est de ratione sacramenti sed est solum de praecepto. [Cf. LXIX].*
- XVII *Quod in primitiva ecclesia erat unus forus tantum. [Cf. LXXXIX].*
- XVIII *Quod taxatio paenitentiae fuit, ut paenitens reconcilietur ecclesiae et eius sacramentis, et non ad satisfaciendum pro poena purgatorii. [Cf. Prexamo c. 111, LXXXI].*
- XIX *Quod nulla alia poena potuit satisfacere pro poena separationis a communione sacramentorum nisi paenitentia iniuncta.*
- XX *Quod post iniunctionem paenitentiae et a confitente voluntarie susceptam manet ille ante peractam paenitentiam excommunicatus duplici excommunicatione, et quod reconciliato peccatore curiae caelesti adhuc manet excommunicatus et reconciliandus ecclesiae militanti. [Cf. Prexamo c. 104; cf. LXXVII].*
- XXI *Quod paenitentiae iniunctae valent per modum recompensationis ad remissionem poenae separationis a communione sacramentorum, non ad tollendam poenam purgatorii.*
- XXII *Quod ad remissionem poenae temporalis, quae pro reliquiis peccatorum debetur, poenitentiae iniunctae magis valent per modum dispositionis quam recompensationis, in quantum disponunt paenitentem ad maiorem dolorem et paenitentiam cordis de peccato; et quod dicuntur valere per modum recompensationis in quantum disponunt ad paenitentiam cordis. Et quod isto modo valent suffragia vivorum et defunctorum. [Cf. Prexamo c. 105 et 106].*
- XXIII *Et quod idem debet dici de extrema unctione et de baptismo adultorum. [Cf. LXXVIII, LXXIX].*
- XXIV *Et quod non est scitum per certitudinem, an post baptismum maneat aliquis reatus ad poenam temporalem. [Cf. LXXIX].*
- XXV *Quod omnis paenitentia est poena canonica.*
- XXVI *Quod paenitentiae iniunctae sunt suffragia quaedam, licet magis prosint virtute clavium.*
- XXVII *Quod sufficienter punitus in foro paenitentiae secundum iudicium discreti sacerdotis, poterit adhuc manere obligatus ad poenam purgatorii. [Cf. Prexamo c. 113; LXXXIII].*

- XXVIII *Quod paenitentia facta post recidivium non est satisfactoria in foro ecclesiae. Et quod recidivans veniens ad sacerdotem non reconciliatur. [Cf. Prexamo c. 72, 110, LXXX].*
- XXIX *Quod praepositi ecclesiae dicuntur peccata retinere, dum pro eis poenam iniungunt paenitenti. Et dicuntur remittere, dum poena purgatos ad communionem sacramentorum admittunt.*
- XXX *Quod paenitentes non sunt absolvendi, nisi peracta prius paenitentia eis iniuncta.*
- XXXI *Quod iudicium sacerdotis dicitur eius sententia et magis condemnatoria quam absolutoria.*
- XXXII *Quod paenitens non potest communicare, celebrare vel audire divina sine reconciliatione venialium, etiam si illa dimissa sint quantum ad poenam futuri saeculi. [Cf. LXXIV].*
- XXXIII *Quod venialia, secundum quod sunt in proposito voluntatis, possunt remitti in alio saeculo per displicentiam peccati. [Cf. LXXII, LXXVI].*
- XXXIV *Quod veniale deletur per displicentiam; quantum ad residuam excommunicationem deletur directe per ceremonias ecclesiae. [Cf. LXII].*
- XXXV *Quod faciunt directe claves circa mortalia, directe faciunt ceremoniae illae circa venialia.*
- XXXVI *Quod huiusmodi ceremoniae dicuntur valere ad remissionem venialium, in quantum directe valent ad remissionem excommunicationis vel irregularitatis, quae ex opere peccati venialis infertur.*
- XXXVII *Quod peccatum inducit irregularitatem et repellit ab ordine vel ab ordinis executione, et inducit excommunicationem, et arcet a liminibus ecclesiae vel saltem a communione eucharistiae. [Cf. LXX].*
- XXXVIII *Si peccatum voluntatis fuerit omnino sublatum quantum ad aversionem et conversionem, manet adhuc excommunicatio delenda per sacerdotem.*
- XXXIX *Quod quaedam peccata separant a Christo et a communione sanctorum ad tempus ut minuta, quaedam in perpetuum ut graviora.*
- XL *Quod vitia capitalia nomine saligia designata secundum se non sunt peccata mortalia, vel si aliquod eorum est mortale, non est tale quod inferat excommunicationem quae*

- indigeat sacerdotis reconciliatione. [Osma, in tractatu de vitiis capitalibus in praedicto libello; Prexamo c. 89, 90].*
- XL I *Quod si invidia cordis non prorumpat in nocumentum proximi, non indiget reconciliatione sacerdotis. [Prexamo c. 89, 91: in] add. aliquod; non-sacerdotis] non infert excommunicationem quae sacerdotis reconciliatione indigeat; cf. LXXI].*
- XL II *Quod peccata cordis remittuntur per solam cordis dispendentiam sine ordine ad claves. [Cf. LXXIII].*
- XL III *Quod mortale non remittitur per confessionem vel absolutionem specialem nisi forte a casu, sicut veniale per confessionem vel absolutionem generalem. [Cf. Prexamo c. 71].*
- XL IV *Quod cum dicitur: Quodcumque solveris super terram erit solutum in coelo, accipitur ibi coelum pro ecclesia praesentis status, ut dicatur ligari et absolvi in coelo i. e. in ecclesia praesentis status.*
- XL V *Quod sacerdotes quando ligant inferunt excommunicationem, quando autem absolvunt remonent eam.*
- XL VI *Quod peccator absolvitur de peccatis oblitis cum reincidentia et non absolute.*
- XL VII *Quod venialia peccata dicuntur venialia inordinata quaedam contra aequitatem et legem rationis dum non sunt expresse prohibita a lege Christi vel ecclesiae. [Prexamo c. 87].*
- XL VIII *Quod sicut excommunicatus maiori excommunicatione diversis excommunicationibus potest absolvi ab una alia manente, ita peccator potest absolvi ab uno peccato alio manente, et ab excommunicatione lata ex opere alterius peccati, et ita potest deleri peccatum unum alio manente, i. e. excommunicatio lata ex opere alicuius peccati mortalis manente excommunicatione lata ex opere alterius.*
- II *Quod constitutiones ecclesiae et iura humana obligant ad peccatum mortale i. e. ad paenitentiam peccati mortalis, quae alias erat septennis et nunc est arbitraria. [Prexamo c. 88]. Et quod constitutiones ecclesiae non obligant ad paenitentiam peccati mortalis, si non sit vel in Dei contemptum vel in constitutione expressum; et dicuntur obligare ad peccatum mortale i. e. ad paenitentiam peccati mortalis.*

- L Quod indulgentiae quae communiter fiunt non se extendunt ad paenitentias elemosinarum, nisi de eis fiat expressa mentio. [Prexamo c. 128].
- LI Quod per indulgentias paenitentiae commutantur in aliqua leviora; non relaxantur in toto. [Cf. LXXXV].
- LII Quod indulgentiae non prosunt aliis quam his qui remittentibus subsunt. Ideo non prosunt existentibus in purgatorio. [Cf. LXXXV, LXXXVI].
- LIII Quod pro poena purgatorii residua post sacramentum paenitentiae ecclesiae praepositi possunt facere suffragia, non indulgentias.
- LIV Quod existentibus in mortali possunt fieri indulgentiae et remitti peccata sub conditione et etiam sine ulla conditione. [Cf. LXXXV].
- LV Quod claves ecclesiae non possunt alicui indulgere poenam purgatorii, ut ea non soluta evolet. [Prexamo c. 134; cf. LXXXVII].
- LVI Quod sacerdotes possunt expiare poenam purgatorii vivorum et defunctorum per suffragia, non per indulgentias.
- LVII Quod papa per huiusmodi indulgentias intendit concedere suffragia quaedam, ut scilicet pecuniae quae pro illis dantur prosint sicut quaedam aliae elemosinae, vel magis, in quantum pro rebus magis piis dantur. [Cf. Prexamo c. 140].
- LVIII Et quod secundum intentionem concedentis huiusmodi indulgentiae fiunt de paenitentiis iniunctis. Quod vero ad poenam futuri saeculi se extenderint, procedit ex errore et cupiditate quaestorum, non ex voluntate concedentis, quia per huiusmodi indulgentias remittitur poena secundum determinatam quantitatem temporis, quod de poena purgatorii non potest intelligi. Magis enim illa mensuratur acerbitate quam tempore. [Cf. Prexamo c. 140].

Die bisher angeführten Sätze stammen aus dem von Prexamo zu Beginn seines Confutatorium gegebenen Überblick über Osma's Beichttraktat. Im Verlauf seiner Schrift gibt nun Prexamo noch genauere Zitate, aus denen die folgenden herausgehoben seien. Ich stütze mich im Folgenden auf Photographien, die ich der Güte von Vic. Beltrán de Heredia OP in Salamanca verdanke:

- LIX Quod confessio de peccatis in specie fuerit ex aliquo statuto universalis ecclesiae, non ex iure divino, sicut et continentia clericorum ecclesiae occidentalis; aliter tota

ecclesia orientalis esset in periculo. Nec sequitur ex hoc, quod papa possit dispensare in confessione occidentalium, sicut nec in continentia clericorum; quia papa non potest dispensare in statutis ecclesiae universalis. Nec propter hoc quod confessio de peccatis in specie est pars sacramenti paenitentiae, sequitur, quod fuerit a Christo instituta quantum ad omnia particularia. Ratio autem illius institutionis videtur fuisse, ne delicta remanerent impunita, quod quidem multum interest rei publicae. Remanerent autem pro magna parte impunita, si non daretur aliquis forus in quo punirentur occulta. Haec sunt verba illius libelli. [In proemio in quarto fundamento praefati libelli; Prexamo cap. 60; cf. I, II, III].

LX *Quod dictum est de reconciliatione mortalium per confessionem peccati in specie et absolutionem sacerdotis, locum habet in ecclesia latinorum, non graecorum et orientalium, qui ut dicunt reconciliantur per confessionem generalem et ceremonias ecclesiae, ita ut quantum ad modum reconciliationis omnia peccata apud eos possint dici venialia. Sic etiam videtur esse apud latinos quantum ad hoc ut is qui peccaverat saltem si est occultus possit sine peccato ingredi ecclesiam et audire divina. Haec ibi. [Prexamo cap. 63; cf. IV].*

LXI *Quod sacramentum paenitentiae est sacramentum novae legis et quantum ad institutionem et ritum et effectum reconciliationis ecclesiae et eius sacramentis. Quantum autem ad collationem gratiae sacramentum naturae est, non alicuius institutionis veteris vel novi testamenti. [Praefatus autem magister movit quaestionem, quam praedicto operi suo apposuit, in qua inter alia dicitur quod sacramentum etc. Prexamo cap. 69; cf. II].*

LXII *Quod sunt sexdecim conditiones confessionis necessariae assignatae per magistros. Et si aliqua illarum defuerit in paenitente, paenitens non absolvitur a sacerdote, quia tunc non videtur vere paenitens. Et si sacerdos aliquando deceptus tales absolverit, manent adhuc illi excommunicati et non reconciliati secundum veritatem. Haec ille. [In principio praefati libelli et est prima conclusio eius; Prexamo cap. 73; cf. VI].*

- LXIII *Quod conditiones confessionis fuerunt institutae ad hoc quod paenitens reconcilietur a sacerdote pro statu huius saeculi. Haec ibi [In decima condicione confessionis, Prexamo cap. 74; cf. X].*
- LXIV *Quod condiciones confessionis institutae fuerunt ad hoc ut paenitens reconcilietur ecclesiae et eius sacramentis [In declaratione undecimae condicionis, Prexamo cap. 75; cf. X].*
- LXV *Quod ille intelligitur adimplere hanc condicionem, qui frequenter confitetur peccatum in genere et saltem semel in anno in specie. Haec ibi [In quinta condicione, scil. quod confessio sit frequens, Prexamo cap. 76; cf. VIII].*
- LXVI *Quod sacerdos potest hodie arbitrari in omnibus condicionibus confessionis, exceptis tertia, quarta, decima, et duodecima et ultima, quae videntur de iure naturae. Haec ille. [Prexamo cap. 77; cf. IX, XI].*
- LXVII *Quod sacerdos non poterat hoc facere antequam paenitentiae essent arbitrariae, et nunc potest. (Prexamo cap. 77].*
- LXVIII *Quod confessio sit secreta i. e. non publica, vel de peccatis secretis non manifestis sive notoriis, quia manifesta peccata non sunt occulta correctione punienda. Sicut ergo in manifestis peccatis non absoluitur aliquis in foro secreto ab irregularitate, ita neque ab excommunicatione peccati, nisi forte in extrema necessitate, quamvis e contra occulta peccata publice possunt et manifestari et purgari, secundum quod et aliquando in consuetudine fuisse legitur.*
- LXIX *Ex quibus potest notari, quod in sacramento paenitentiae forus secretus sit de ratione praecepti non sacramenti. Haec ille. [In undecima condicione confessionis, Prexamo cap. 78; cf. XVI].*
- LXX *Quod peccatum, praecipue mortale sicut inducit irregularitatem et repellit ab ordine vel ab ordinis executione, ita immo et fortius inducit excommunicationem et arcet a liminibus ecclesiae aut saltem a communione eucharistiae. Dupliciter enim poenam excommunicationis subimus, et dum peccatum incurrimus et dum sententia notamur. Haec ille [In principio praefati libelli ponit*

- magister ille quaedam principia. Primum est etc. Prexamo cap. 84; cf. XXXVII].*
- LXXI *Quod si aliquod praedictorum capitalium secundum se est peccatum mortale ut invidia, non est tale quod inferat excommunicationem quae indigeat sacerdotis reconciliatione. [Prexamo c. 90; cf. XLI].*
- LXXII *Quod peccatum mortale et veniale conveniunt, quia secundum quod peccatum est in proposito voluntatis utrumque deletur per displicentiam peccati; mortale in specie, oportet enim de quocumque mortali conteri; veniale in specie vel in genere. [In quarto fundamento praefati libelli. Prexamo c. 92; cf. XXXIII, XXXIV].*
- LXXIII *Et similiter dicitur infra in tractatu de circumstantiis, quod peccata quae sola cogitatione committuntur, sola contritione remittuntur. Et quod pravae cogitationes delentur sicut et venialia sola cordis contritione sine ordine ad claves. Nec obstat quod aliqui dicunt peccatum deleri in ordine ad claves, quia dictum illorum est dubium et forte non est verum, ut infra dicitur. Haec ille. Et in diversis locis repetit idem in sententia et in verbis, et tenet expresse, quod peccata cordis et peccata occulta remittantur per solam cordis displicentiam de peccato. [Prexamo c. 92; cf. XLII].*
- LXXIV *Sicut irregularis si vult ministrare necesse est absolvi ab irregularitate, ita qui peccaverat si vult communicare necesse est prius reconciliari vel per claves in mortalibus vel per aliqua quae dicuntur habere vices clavium in venialibus. Et ita paenitens non potest communicare, celebrare, vel quod minus est audire divina, sine reconciliatione venialium, etiam si illa remissa fuerint quantum ad poenam futuri saeculi. Haec ille [In quarto principio sive fundamento praefati libelli; Prexamo c. 98; cf. XXXII].*
- LXXV *Quod forte hoc fuit significatum in lege Moysi, ubi aliqua impedimenta poterant deleri per caeremonias, alia non nisi iudicio sacerdotis. [Prexamo c. 102].*
- LXXVI *Quod venialia secundum quod sunt in proposito voluntatis possunt remitti in alio saeculo per displicentiam peccati [In quarto fundamento sive principio praefati libelli; Prexamo c. 103; cf. XXXIII].*

- LXXVII *Illud scire oportet, quod post iniunctionem paenitentiae et a confitente voluntarie susceptam manet ille ante peractam paenitentiam excommunicatus duplici excommunicatione. Est enim adhuc excommunicatus excommunicatione quae fuit lata ex opere peccati, et iterum excommunicatione nunc lata a sacerdote et a seipso, scil. a sacerdote inferente et a seipso voluntarie recipiente. [Prexamo c. 104; cf. XX].*
- LXXVIII *Sic etiam dicitur de extrema unctione, quae prout aliqui volunt fuit remedium contra reliquias peccatorum. [Prexamo c. 108; cf. XXIII].*
- LXXIX *Sic etiam videtur dicendum de baptismo adultorum, per quem remittuntur omnes paenitentiae, ut baptizatus statim post baptismum sine ulla paenitentia sit reconciliatus ecclesiae et eius sacramentis; sed utrum pro reliquiis peccatorum maneat aliquis reatus ad paenam temporalem non est per certitudinem scitum. [Prexamo c. 109; cf. XXIII, XXIV].*
- LXXX *Quod paenitentia iniuncta facta post recidivium non est satisfactoria. Et loquitur de reconciliatione quae fit ecclesiae et eius sacramentis. [In praefato libello conditione 16; Prexamo c. 110; cf. XXVIII].*
- LXXXI *Quod taxatio paenitentiae fuit, ut paenitens reconcilietur ecclesiae et eius sacramentis [in praefato libello in 16. conditione; Prexamo c. 111; cf. XVIII].*
- LXXXII *Unde potest notari, quod sacerdos sit arbiter immediatus inter peccatorem et ecclesiam, cuius Christus est caput et nos membra. [Magister ille ubi supra; Prexamo c. 112; cf. XII].*
- LXXXIII *Quaerit etiam praefatus Magister, utrum punitus in foro paenitentiae possit puniri in alio foro. Et in eadem quaestione dicit, quod punitus in foro paenitentiae secundum iudicium discreti sacerdotis, etiam si sufficienter sit punitus quantum ad poenam illi foro debitam, poterit adhuc manere obligatus ad poenam purgatorii. [Prexamo c. 113; cf. XXVII].*
- LXXXIV *Quod omnis paenitentia est poena canonica, sed non e converso. [In praefato libello ubi supra, c. sequenti; Prexamo c. 115].*

LXXXV Ponuntur autem in praefato, libello circa indulgentias quattuor regulae. Prima est quod indulgentiae quae communiter fiunt per litteras patentes non se extendunt ad paenitentias elemosinarum nisi de eis expresse fiat mentio, quia cum huiusmodi indulgentiae sint stricti iuris, sic prout iacent intelligi debent. — Secunda regula est quod per huiusmodi indulgentias paenitentiae commutantur in aliqua leviora, non relaxantur in toto etc. — Tertia regula, quod huiusmodi indulgentiae non prosunt aliis quam his qui remittentibus subsunt, quia nemo a non suo iudice absolvi potest, ut ait Alexander papa tertius in c. quod autem, de paenitentia et remissione. [Ex quo infert, quod indulgentiae non prosint existentibus in purgatorio (c. 131)]. — Quarta regula est, quod communiter istae indulgentiae non conceduntur nisi vere paenitentibus et confessis. Dicit tamen quod existentibus in peccato mortali possunt fieri indulgentiae seu remitti paenitentiae sub condicione et etiam sine ulla condicione. Haec ibi. [Prexamo c. 128; cf. LIV, LI, LII].

LXXXVI Ad maiorem evidentiam huius capituli et sequentis considerandum, quod praefatus magister post expletionem sui libelli cum reprehenderetur et vellet suum errorem colorare et auctoritate defendere, movit et operi suo apposuit quaestionem de his, in qua confirmat quod supra dixerat, scil. quod indulgentiae non prosint existentibus in purgatorio, et quod in viventibus solum se extendunt ad paenitentias (iniunctas). [Prexamo c. 132; cf. LII].

LXXXVII In praefato autem libello ante finem dubitatur circa claves ecclesiae: Utrum claves ecclesiae sicut possunt alicui indulgere paenitentiam ut non peracta possit reconciliari ecclesiae et eius sacramentis, ita possint indulgere illi paenam purgatoriam, ut ea non soluta decedens evolet in gloriam caelestem. Ad hoc dicunt aliqui moderni, quod possunt, quia possunt dare illi unde solvat de meritis Christi vel ecclesiae. Sed iste modus indulgendi apud antiquos non fuit cogitatus, nec videtur stare propter duo vel tria. Primo, quia in eo qui est obligatus ad huiusmodi poenam, manent adhuc aliquae reliquiae peccati, quae non nisi paenitudine propriae

voluntatis deleri possunt. Secundo, quia eadem est poena quam iudex imponit et quam indulget. Imponunt autem claves poenam huius saeculi non futuri, quia illam taxare non possunt; ergo poenam huius saeculi indulgent, non futuri. Tertio et efficacius, quia claves ecclesiae non possunt facere, quod merita Christi prosint alicui vivo vel defuncto in quantitate determinata. Alias poterunt peccatores subito disponere ad paenitentiam et dolorem cordis de peccato, et subito expoliare purgatorium. Et ita non erunt multum necessaria suffragia missarum et alia quae cotidie fiunt pro vivis et defunctis; quia quaecumque ista faciunt, facilius poterunt efficere claves. Haec ratio videtur omnino convincere etc. Haec ibi. [Prexamo c. 134; cf. LV].

LXXXVIII (*Prexamo:*) *Si praedicta positio esset vera, erraret ecclesia quae cotidie facit indulgentias pro vivis et defunctis. Consequens est falsum et haereticum, ergo et antecedens. — Sed ad hoc respondet praefatus magister, quod ecclesia Romana tripliciter dicitur. Uno modo ecclesia universalis in singulis suppositis, et sic est verum quod non potest errare. Alio modo consideratur ecclesia repraesentative in synodo rite et recte congregata, et de hac sunt opiniones. Aliqui dicunt, quod huiusmodi synodus possit errare. Sed est aliorum venerabilior opinio, quod non possit errare, praecipue in his quae pertinent ad fidem. Aliter dicitur ecclesia Romana, ecclesia urbis Romae, sicut ecclesia Salamantina vel Toletana, ecclesia Salamanticae vel Toleti. Haec autem ecclesia Romana errare potest, et contrarium dicere est haeresis. Haec ille. [Prexamo c. 139].*

LXXXIX *Quod autem adducit ad corroborationem sui dicti, scilicet quod facilius intelligitur, si ponantur paenitentiae non arbitrarie et unus forus ecclesiae tantum, in quo agi debeat de peccato et non de aliis, secundum quod fuit in principio nascentis ecclesiae. Haec ille. [Prexamo c. 141; cf. XVII].*

2.

Fray Juan Lopez OP.

Zitate aus Osma *Tractatus de confessione* und dem *Quodlibetum de confessione*; enthalten im *Defensorium fidei Christi contra garrulos praeceptores*.

Von dem Dominikaner Juan Lopez⁹⁾ wissen wir, daß er mehrere Schriften gegen Pedro de Osma verfaßte, nämlich:

a) Die *Refutatio des Quodlibet* des Pedro de Osma, erhalten in der Vaticana, cod. vat. lat. 4149 f. 36^v—82^r. Diese Refutation wurde von Menendez Palayo zur Rekonstruktion des Quodlibet benützt.

b) Das *Defensorium fidei Christi contra garrulos praeceptores*, erhalten in der Kapitelsbibliothek Toledo, cod. 17—24, f. 1—56.

c) Die *Refutation von Osma's Traktat an die Herzogin von Alba*. Diese zitiert Lopez selbst in seinem *Defensorium* f. 49^r, sie konnte aber noch nicht aufgefunden werden.

d) Im *Defensorium* sagt Lopez auch f. 57^r, er habe bereits *drei lateinische Traktate* gegen den Meister von Osma verfaßt. Den einen davon wird man mit der Refutation des Quodlibet, den andern mit der Refutation des Traktats an die Herzogin von Alba identifizieren dürfen. Der dritte dürfte vielleicht in einer lateinischen Gegenschrift gegen das Buch *De confessione* zu sehen sein. Alle diese drei Traktate seien im Besitz des Pedro Diaz de Costana.

Im *Defensorium* benützte Lopez außer dem *Confessionale* auch das Quodlibet und den Traktat an die Herzogin von Alba. Den Anlaß zur Abfassung des *Defensoriums* bildete eine mißglückte Disputation in Salamanca. Juan Lopez kam nach Salamanca und wollte in einer Disputation die Lehre des Pedro de Osma als haeretisch bekämpfen. Der Dekan, der Archidiakon und der Chantre der Kirche von Salamanca, sowie Pedro de Caloca, Diego de Betonio und Juan de Sant Espiritu verlangten, Osma solle sich zur Disputation stellen. Pedro von Osma erschien nicht und schlug es rundweg ab, sich auf einen Disput einzulassen. Da wandten sich einige Caballeros und Regidores und andere vornehme Laien, die vergeblich auf das Erscheinen des Pedro de Osma gewartet hatten, an Juan Lopez, und baten um Lösung einiger Gewissensfragen, die ihnen durch die Lek-

9) Magister Juan Lopez wurde 1462 Regens des Convents von Salamanca. Reichert, *Acta Capitulorum Generalium*, III (1900) 286; Quéatif-Echard I, 826.

türe der Schriften Osmas gekommen waren. So entschloß sich Lopez, seinen lateinischen Traktaten gegen Osma auch eine spanische Schrift, eben das *Defensorium*, hinzuzufügen.

Lopez nimmt in diesem *Defensorium* manche Zitate auch aus dem *Quodlibet*, aber doch zum größten Teil aus dem *Confessionale*. Der Wert dieser Zitate wird zwar dadurch herabgemindert, daß sie eine spanische Übersetzung darstellen, aber dadurch wieder erhöht, daß meist der genaue Fundort angegeben wird.

- I *El sacramento de la penitencia, quanto pertenece al conferir de la gracia, no era sacramento de institucion nueva ni vieja, mas era sacramento de natura. Quodl. art. 30. Lopez f. 3v.*
- II *La contricion sola quita el peccato, sin respecto alguno a las llaves de Christo. Quodl. art. 5. Lopez f. 12v.*
- III *La confesion de los pecados del alma ascondidos en la voluntad se deven dezir e confesar a Dios solamente en el corazon. Quodl. Lopez f. 28r.*
- IV *(La confesion vocal de propios pecados) más la guardavan los fieles catolicos por necesidad de precepto que por necesidad de santo sacramento. Lopez f. 29r.*
- V *Los cristianos se confiesan una vez en el año más por fuerza del precepto que del sacramento. Lopez f. 31v.*
- VI *Ni por eso que la confesion vocal de pecados en especie es parte del sacramento de la penitencia, por eso no se sigue que fué la tal confesion instituida por Jesum Christum. Confessionario, paragr. 3 in fine. Juan Lopez f. 33r.*
- VII *La confesion vocal de los pecados en especie e absolucion sacerdotal tenia verdad en la iglesia de los latinos, mas no en la iglesia de los griegos. Osma ibidem. Lopez f. 33v.*
- VIII *Los sacramentos no fueron instituidos todos ni quanto los singulares ni sin medio ni todos de Jesu Christo ni lo otorgan todos. Osma en la quarta doctrina suya. Lopez f. 34v.*
- IX *Consequentemente e torciendo de su poder (alias indirecte) le pueden remitir tanto de la pena del purgatorio, quanto le podia ser remitido por las iniuntas penitencias segun opinion de otros, como se suele dezir de la comutacion del voto, que no sea lo segundo de menor merito que lo primero. E porque no es cierto quanto era de remitir por las penitencias, ansi es incierto quanto se puede remitir por las indulgencias que por ellas se otorgan. E por en de quanto a la pena del siglo futuro, mas tienen razon de*

- ayudas que de indulgencias, e asi como no es cierto quanto ayudan los sufragios, tan poco es cierto quanto ayudan las indulgencias. Osma art. 8. Lopez f. 36v.
- X Las opiniones son dos. La primera es favorable, mas la segunda es más razonable. Fundase la primera en imaginacion, mas la segunda en la autoridad del derecho en el cap. *quod autem* y en el cap. *cum ex eo*, Extravag. de *paenitentis et remissionibus* [V, 38, 4 u. 14] y en las Clementinas en el cap. *si dominum in fin de reliquiis et veneratione sanctorum* [III, 16]. Y en los doctores Hostiense et Bernardo y en el cap. *quod autem*. E aunque no tan claro, Inocencio lo dize en el dicho capitulo *quod autem*, e Juan Andres en el capitulo *cum ex eo*. Aun esta opinion conviene con las letras de las indulgencias que se dan, en las quales se faze mencion de las penitencias injuntas, mayormente en las antiguas. Osma, art. 9. Lopez f. 38r/v.
- XI Las penitencias son arbitrarias, no que sean menos graves, mas porque los confesores pueden hoy dar penitencia menor o igual o más grave que es taxada en el derecho; lo que no se podia fazer en otro tiempo. Osma art. 32. Lopez f. 46r.
- XII Si entendiera el papa de las penitencias iniungendas como de las iniuntas, asi lo declaran los derechos como dize el capitulo *ad audientiam*, extravag. de *decimis* [III, 20, 12]. Osma art. 32. Lopez f. 46v.
- XIII El poder de la iurisdiction del papa sobre los hombres quanto a la pena deste siglo es, e no del futuro. Osma art. 33. Lopez f. 47r.
- XIV Los prepositos de la iglesia pueden indulgir penas deste siglo e no del futuro. Osma art. 33. Lopez f. 47v.
- XV Los sacerdotes en las confesiones son oradores e no juezes. Osma art. 33. Lopez f. 48r.
- XVI Dudo es, si los confesores pueden absolver al penitente de la pena de purgatorio diziendo yo te absuelvo de la pena de purgatorio en todo o en parte. A esto dizen los teologos que non, aunque el tal confesor fuese el papa. Osma, tratado embiado a la Duquesa de Alba. Lopez f. 49r.
- XVII Segun que dizen los doctores del valor de las indulgencias, diversos son los modos del fablar. E por que callemos de los otros, dos bastan al presente, Hostiense e Bernardo en

- el cap. quod autem extravag. de paenitentia et remissione. Dizen que del valor de las indulgencias vieja querella es e aun asaz dudosa. E aquesta es la primera conclusion contra los adversarios, los quales dizen ser cierto quanto se remite de la pena del purgatorio por las indulgencias. Osma art. 34. Lopez f. 49v.*
- XVIII** *Alguno fará objection: las indulgencias tanto valen quanto suenan. Osma (art. 34) Lopez f. 50r.*
- XIX** *El son de las indulgencias es muy dudoso, porque algunas indulgencias suenan en remision de los pecados, e por las indulgencias no se perdonan los pecados. Osma (art. 34); Lopez f. 50v, 51r.*
- XX** *Algunos otorgan de penitencias. Es dudoso como se deva entender. Osma (art. 34); Lopez f. 51r.*
- XXI** *Se taxan dias e años en las penitencias. Empero es duda acerca del purgatorio, como se devan entender. Osma (art. 34) Lopez 51v.*
- XXII** *Las indulgencias tanto valen quanto suenan e no más. Osma (art. 34) Lopez f. 51v.*
- XXIII** *No se deven estender a algunos sino aquellos que suenan. Osma (art. 34) Lopez 52r.*
- XXIV** *Santo Thomas dize, que que a los defuntos e vivos igualmente valen las indulgencias. Osma (art. 34) Lopez f. 52r.*
- XXV** *Hostiense tiene contrario de Santo Thomas, deziendo que las indulgencias no valen a los defuntos si no por manera de sufragio. Osma (art. 34) Lopez f. 52r.*
- XXVI** *De Hostiense: Los que cerca desto enganan al pueblo, gravemente pecan. Osma (art. 34) Lopez f. 52v.*
- XXVII** *La iglesia de la ciudad de Roma algunas vezes otorga indulgencias, que no menos aprovechan a los muertos que a los vivos. Osma (art. 34) Lopez f. 52v.*
- XXVIII** *Por donde se funda argumento evidente que él que acerca desto que provado es, tiene contraria opinion, no es por esso erroneo e mucho menos herege. En otra manera Hostiense fué herege, e por esto las sus glosas o escriptos serian de traer al fuego; lo qual no se deve dezir, pues es feo de oir. Osma (art. 34) Lopez f. 53r.*
- XXIX** *Per obiecion dira alguno que segun se cree piadosamente no permitirá Dios errar al papa en aquellas cosas que acatan al universal estado de la iglesia. Esta repuesta que*

algunos dan, no es verdadera del todo. Porque no ha cosa que más mire e acate al universal estado de la iglesia que es la fe. Enpero algunos padres santos de la iglesia erraron en la fe e fueron condenados por hereges. Osma (art. 34) Lopez f. 55.

3.

Juan Lopez OP.

Zitate aus Osma's *Tractatus de confessione*,
enthalten in der *Responsio ad Quodlibetum Magistri de Osma*.
Biblioteca Vaticana, cod. vat. lat. 4149 f. 47v.

Der sechste Artikel des Quodlibets hatte gelautet:

Quod confessio de peccatis in specie sit de ratione praecepti non sacramenti, quia qui directe potest remittere peccatum, directe potest remittere sequelam peccati, scil. poenam sed de hoc alias.

Zur Interpretation dieses Artikels sagt Lopez:

Cum isto articulo est iungendus quidam parrafus quem ponit iste in libro de confessione, in fine tertii praeambuli, ubi ait

(I) *Sed quod dictum est de reconciliatione mortalium per confessionem peccati in specie et absolutionem sacerdotis, locum habet in ecclesia latinorum, non graecorum.*

(II) *Patet quod confessio de peccatis in specie fuerit ex aliquo statuto universalis ecclesiae, non ex iure divino.*

(III) *Nec propter hoc quod confessio de peccatis in specie est pars sacramenti poenitentiae, sequitur quod fuerit a Christo instituta.*

(IV) *Quia sacramenta non fuerunt a Christo instituta quantum ad omnia particularia. Et praeterea non omnes concedunt omnia sacramenta fuisse a Christo immediate constituta.*

Haec magister de Osma in illo parrafo.

4.

Juan Lopez OP.

Zitate aus Osma's *Quodlibetum de confessione*.
Enthalten in der *Responsio ad Quodlibetum magistri de Osma*.
Biblioteca Vaticana, cod. vat. lat. 4149 f. 36v—82r.

Man wird nun als gesichert betrachten dürfen, daß die Lehre und vielleicht sogar einzelne Sätze des *Tractatus de Confessione* sich in dem *Quodlibetum de Confessione* wiederfinden. Wenn dem so

ist, so muß man in dem Quodlibetum de Confessione eine weitere hochwichtige Quelle für die Rekonstruktion des Beichttraktats erblicken.

Dieses Quodlibetum ist nun zu einem großen Teil erhalten. *Cod. vat. lat. 4149* enthält folgende Stücke:

- a) f. 1r—16r: Anon., *Propositiones duodecim Romanae ecclesiae*;
- b) f. 16v—26r: Anon., *Distinctiones septem de Romano Pontifice*;
- c) f. 26r—36r: Anon., *Informationes decem de voluntate Dei*;
- d) f. 36v—82r: *Quodlibetum magistri de Osma cum suis impugnationibus ad singulos [articulos], per fratrem Johannem Luppi Salamantini*.

Da die vier Stücke sich als Teile eines einzigen Werkes geben (cf. f. 26r: *tertia pars continet informationes*), so ist es wahrscheinlich, daß alle vier den Juan Lopez zum Verfasser haben. In den ersten drei Stücken ist jedoch auf Pedro de Osma keinerlei Bezug genommen. Das vierte Stück führt jedoch in seinen Ausführungen über die Kirche (bes. f. 36v—42v) die Gedankengänge der ersten beiden Stücke weiter.

Aus dem vierten Stück suchte nun M. Menendez Pelayo in seiner *Historia de los heterodoxos españoles*, III (1918) CXXXIX—CXLIX das Quodlibetum des Pedro de Osma zu rekonstruieren. Trotzdem der Text der Handschrift sehr gut und leicht lesbar ist, ist die Ausgabe bei Menendez Pelayo so mangelhaft, daß kaum eine Proposition sich findet, die nicht mehrere Lesefehler hätte. Bei dem wichtigen Artikel 34 enthält außerdem die Handschrift noch weitere 19 Sätze aus dem Quodlibet des Pedro de Osma, die Menendez Pelayo übersah, weil sie nicht eigens durch ein Rubrum gekennzeichnet sind. Da eine Neuausgabe zu viel Raum beanspruchen würde, sei im folgenden eine Liste der vorzunehmenden Textverbesserungen gegeben und die fehlenden 19 Sätze nachgetragen. Zuerst wird die von Menendez Pelayo gegebene Version zitiert, dann wird der Text der Handschrift gegeben.

Art. 3: *qui: quae; plenitudine: paenitudine*. Art. 4: *sequentia: sequela*. Art. 5: *dixerit: contrarium dixerit; quare: quia; poenas: poenam; habeant: non habent; antiquitas dixerit: antiqui dixerunt*. Art. 6: *quia: quod; spetie: specie; fit: sit; quare: quia; sequentiam: sequelam*. Art. 7: *posse: proprie; Thos: Tho*. Art. 8: *sed quare: et quia; sobrogantur: subrogantur*. Art. 9: *secunda est rationabilior: secunda rationabilior; veritate iuris: autoritate iuris in c. quod autem et in cap. cum ex eo, de paenit. et remiss., et in Clem. si dominum in*

fine de reliquiis et veneratione sanctorum; Hosti: Hostiensis; IX autem: quod autem; quare vis: quamvis; IX autem: quod autem; Johannes: Johannes An[dreae]; libris: litteris. Art. 10: quod: quia; videtur: videntur. Art. 11: Item: Item quia. Art. 12: quod: quia hoc; alicui; alium. Art. 13: absolvit: solvit; quod illi verbo; quia in litteris. Art. 15: quoniam: quandoque (corr. ex: quodcumque); tum: tamen: administrandis: ministrandis. Art. 16: quoniam: quia. Art. 18: Item: unde; Chisti: Christi; quare quodcumque ita: quia quaecumque ista; faciliter: facilius; poterit: poterit papa; fidem: fidem Christi. Art. 19: Item: Unde; non quod: non quia. Art. 20: Propter: patet; poenis: poenitentis; Et ex: Et tamen secundum quod patet ex. Art. 21: ii: tamen. Art. 24: reductae: redactae. Art. 25: propter: secundum. Art. 26: fautores: fautores quam secunda. Art. 27: quoniam: quando; et dicitur: edicitur; poenas autem: poenam autem; quoniam: quando; orbis: urbis; potest: poterit; possunt interpretari: interpretari possunt. Art. 28: Nam: Unde; sint quasi effectus et sequentia: sit quid minus et effectus et sequela; quoniam: quia; plenitudine: poenitudine. Art. 29 [Ms: 26]: quia: quod; absolvent: absolvent; Dei: Domini vel Dei; Leo pura: Leo papa; eodem: eisdem; dicentur: dicuntur. Art. 30: ritus: ritum; est sacramentum: vel eius sacramentis; naturale: naturae. Art. 31: tantum remittit: tantum remittitur; quoniam: quia. Art. 32: non quia: non quod: gradum: gradum suae; sunt: venit; iungenda: iniungenda; sit: sit: i. e.; patieris: punieris; poenitentis: poenitentiae; quoniam: quia; regulas quae traduntur: regulam quae traditur; quoniam: quia; quoque ad: quoad; Dominum: Deum; quoque ad Dominum: quoad Deum; et ad ecclesiam: et ecclesiam; IX autem: quod autem. Art. 33: poena: poenam; quod ad: quoad; potestate dictum: proprie dictum. Art. 34: tum: tamen; tum male: tamen male.

[34, 2] *Secundum quod dicunt doctores de valore indulgentiarum, diversi sunt modi dicendi. Et ut de ceteris taceamus, Hostiensis et Bernardus in cap. quod autem dicunt, quod de valore indulgentiarum vetus querela est et adhuc satis dubia. Haec est prima conclusio contra adversarios, qui dicunt, certum esse quantum remittitur de poena purgatorii per indulgentias.*

[34, 3] *Sed obicit aliquis: quod indulgentiae tantum valent quantum sonant, Respondetur: quod sonus indulgentiarum est valde dubius, quia aliquae indulgentiae sonant in remissio-*

nem peccatorum et per indulgentias non remittuntur peccata.

- [34, 4] *Aliqui concedunt de iniunctis paenitentis. Et tamen est hoc verbum dubium quomodo intelligi debeat.*
- [34, 5] *Taxantur etiam dies et anni, et tamen dubium est, quomodo hoc possit habere locum circa poenam purgatorii.*
- [34, 6] *Dicuntur indulgentiae tantum valere quantum sonant et non magis, quia non sunt extendendae ad aliquos ultra id quod sonant.*
- [34, 7] *De indulgentiis vero quae defunctis conceduntur opiniones sunt. Thomas dicit, quod ita valent defunctis sicut vivis, quia non est aliqua ratio quare papa magis possit applicare merita Christi vivis quam defunctis.*
- [34, 8] *Hostiensis tenet contrarium dicens, quod indulgentiae quae fiunt defunctis valent per modum suffragii c. e. per modum deprecationis.*
- [34, 9] *Suffragia ecclesiae non sunt certa.*
- [34, 10] *Propter quod dicebat Hostiensis, quod qui circa hoc decipiunt populum, graviter peccant. Et est hoc dictum contra positionem s. Thomae.*
- [34, 11] *Ecclesia tamen urbis Romae quandoque concedit indulgentias quae non minus prosint mortuis quam vivis iuxta opinionem s. Thomae.*
- [34, 12] *Unde est evidens argumentum, quod qui circa hoc contrarium opinatur, non est propterea erroneus et multo minus haereticus. Alias Hostiensis fuit haereticus, ac per hoc eius scriptura(!) essent tradenda incendio, quod absurdum est dicere.*
- [34, 13] *Est haec secunda conclusio contra adversarios.*
- [34, 14] *Sed dicet aliquis, quod ut pie creditur, non permittet Deus papam errare in his quae concernunt universalem statum ecclesiae.*
- [34, 15] *Duo sunt quae necessario pertinent ad conservationem universalis status ecclesiae. Unum tanquam principium et fundamentum aedificii ecclesiastici; aliud tanquam finis ultimus et principalis. Et circa haec duo ecclesia non errat nec errare potest, ut supra probatum est.*
- [34, 16] *Illud ab aliquibus pie creditum non est usque quaque verum. Nihil est enim quod magis concernat universalem statum*

- ecclesiae quam fides; et tamen aliqui Romani pontifices erraverunt in fide et ut haeretici condemnati sunt.*
- [34, 17] *Et praeterea illa regula de indulgentiis conferendis pro vivis et mortuis intelligenda est de necessariis ad conservationem talis status. Poterit autem conservari status ecclesiae sine huiusmodi indulgentiis, praecipue sine eis quae superflue et indiscrete conceduntur.*
- [34, 18] *Sic fuit conservatus status ecclesiae per quingentos annos scil. usque ad tempora Gregorii, qui primus legitur instituisse Romae stationes quadraginta dierum indulgentiae.*
- [34, 19] *Summa huius considerationis: In poena purgatorii residua post sacramentum poenitentiae ecclesiae praepositi directe non habent iurisdictionem. Et ideo pro tali poena possunt facere suffragia, non indulgentias proprie loquendo.*
- [34, 20] *Quia quidquid pro solutione talis poenae velint Deo offerre, incertum est, quantum de tali oblatione velit Deus acceptare.*
- Art. 35: *pro ex praedicatis: prout ex praedictis; IX autem: quod autem; dubia: satis dubia.*

Hinter diesem Artikel 35 kommen zwei leere Blätter (f. 80 u. 81); fol. 82r oben steht: *ingrediendi regnum caeleste et gloriam paradisi Mt. 12 c. et 25; Lucae 12. Et hic est finis quodlibet.*

Mit diesen Fragmenten wird man sich vorläufig begnügen müssen. Vielleicht helfen sie einmal einem findigen Forscher, den Beichttraktat des Pedro de Osma aufzufinden.

Den Tractatus fructuosissimus atque christianae religionis admodum necessarius super decalogo et septem peccatis des Pedro de Costana hat Herr Dr. J. Vives in Barcelona feststellen können. Der Traktat umfaßt f. 2—52 auch den Tractatus de confessione sacramentali des Pedro de Costana. Wie mir Herr D. J. Vives mitteilt, finden sich darin keine Zitate aus Pedro de Osma.